TABVLA
IVLII PALAMEDIS ADRIENSIS
IN
ARISTOTELIS, AVERROISQ.
OPERA

Quæ continet cum omnia, quæ in Naturali, Morali, ac diuina Philosophia, tum etiam quæ in libris de Historia, deq; Animalium Generatione tractantur.

Ex hac præterea habemus terminos, voces, & epitheta, quæ ad ratiocinandum, disputandum, scribendumq; pertinent: deinde quicquid sibi contradixit, si id quicquam extat, Aristoteles, collectum.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, Apud Vincentium Valgrisium.
M D LXI.

ILL. ET REVERENDISS. D.

D. MICHAELI TVRRIANO COMITI

CENETENSI EPISCOPO

Iulius Palamedes Adrienſis.

INTER omnes ſcientias, quibus humana erudiuntur ingenia, Reuerend. D profectò eſt, Philoſopbia, quæ primum ſibi locum facile vendicat, quæq; cæterum mater, & magiſtra, publica, atq; vna omnium voce, non immeritò, prædicatur: Nam, vt à grammatices inſtitutionibus exordiar: hæc, cuius elementa Protoplaſtus primum hæbreis, Cadmus Græcis, & Nicoſtrata latinis tradidit, eſt Ars, qua recte loquendi, ſcribendiq; traditiones accipimus: Per logicam, quã Parmenides in Caucaſi rupibus uenatus eſt conſequens ab antecedenti, conſentaneum repugnanti, & à falſis deniq; vera dignoſcere docemur: Rhetoricæ, quam Demoſtenes primus excoluit, uim eloquentiæ tribuit, quæ perſuadendi ac diſſuadendi, rurſus accuſandi idemq; laudandi, ac vituperandi rationes, oſtendit: Arithmetica, cuius Pythagoras extitit inuentor, circa numerorum aceruos, ex vnitatibus collectos verſatur: Muſica, quam reperit Tubal, pater canentium Cythara, & organo, differentias ſonorum grauium, & acutorum ſenſu, ac ratione perpendit: Geometria quam primus monſtrauit. Euclides, magnitudinem immobilem, formasq; deſcribit, & maris, & terræ numeroque carentis arenæ menſurarum ſeſe iactat collectricem. Aſtronomia: cuius Auctor Atlas perhibetur ſuperorum corporum magnitudines, motusque conſiderat: Philoſophia verò, in quam, velut in finem omnes hæ tendunt ſeptem artes, quas liberales appellamus, & non propter ſe ipſas, ſed propter Philoſophiam expetimus; eſt Humanarum, diuinarumque rerum ſcientia, ſtudio bene viuendi coniuncta: cuius nemo ſe iactitat autorem. itaque à DEO OPTIMO maximo emanaſſe facile crediderim. hæc vero trifariam partitur: Nam dum rerum naturalium indagat originem, naturalis nuncupatur, quæ quidem pars, quàm proxime phyſicæ accedat, nemo eſt, qui ignoret. cuius opera ſi vti velimus; iam medicinæ nomen admittit: quæ vas animi, ideſt corpus curat humanum. Dum autem in ſupernaturalium cognitione exercetur, Metapbyſica nuncupatur, & tanquàm ſol neſciens occaſum, eas animi partes illuſtrat, quibus datum eſt intelligere, & ratiocinari. At, dum in moribus verſatur bumanis, moralis dicitur: quæ tertia pars, ethicam, œconomicam, ſimulque politicam complectitur, & reliquas animi noſtri partes, quæ afficiuntur & appetunt, ſanat & ſedat. Hinc veluti à fonte omnes Humanæ virtutes, omnesq; mores, quibus noſtra pectora muniuntur, & exornantur: Hinc etiam omnes leges; & omnia iura manatunt, quibus familiæ, ciuitates, regna, & imperia deniq; moderantur, proteguntur, & amplificantur. quas omnes Philoſophiæ complexus, Maro omnium poetarum noſtrorum facile princeps Geor. ſecundo laudat his carminibus.

Fœlix, qui rerum potuit cognoſcere cauſas
Atq; motus omner, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumq; acherontis auari

Et paulò ſuperius

Me uerò dulces primum ante omnia muſæ,
Quarum ſacra fero ingenti perculſus Amore,
Accipiant: cæliq; vias & ſydera monſtrent,
Defectus ſolis varios, lunæq; labores
Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumeſcant
Obijcibus ruptis, moxq; in ſe ipſa reſidant.
Tantum oceano properent obtingere ſoles
Hyberni, vel qua tardis mora noctibus obſtet

Et Anneus Seneca, virum ſpeculatiuum, quaſi deum in humano corpore hoſpitatum aſſeruit. quid plura? quot, & quantas laudes Philoſophiæ Salomon ille omnium eruditiſsimus tribuit, cum eam ſole ſpecioſiorem appellauit, ſuperq; omnẽ ſtellarum diſpoſitionem locauit, ac in eius conſpectu, aurum quaſi arenam, & argentum quaſi lutum, voluit exiſtimari? quis autem omnium Philoſophorum ſit optimus, nemo eſt, vel etiam mediocriter eruditus, qui neſciat, & qui vno Ariſtoteli hanc dignitatem non attribuat: quem Auicenna, omnium maiotem appellat, & Auerro. Naturæ regulam, necnon diuinum, potius quàm bumanum vocat exemplar. cui Auctori tantum priuilegij tribuit excellentia, vt cum nomen Philoſophi ſonet

fonet in auribus gentium, Aristoteles illico subintelligatur. ego igitur, cum in studijs Aristotelis versarer assiduus; quippe quem ductorem mihi doctoremque proposueram, sine quo nihil, vel tenui stylo quidem, tractari posse uidebam, omnes huius excellentissimi philosophi materias, quibus ipse passim diuersa conspersit volumina, vnico sub compendio redigere, per Alphabeti litteras disponere, propositionibusq; suis prætitulare in animum induxi, vt quicquid ab Aristotelis ærarijs proferre vellem, deinceps esset in promptu. quibus, DEO DVCE, & comite labore, diligentissimè perfectis, vsuiq; meo ac commodatis, quantum afferrent emolumenti labores mei, non modò dialecticis, physicis, atq; Theologis, uerumetiam humanarum litterarum, legumq; peritis, facile ijs perspectum esse crediderim, qui Aristotelicos flosculos delibauerint. Sed quia fieri potest, vt fallar in eo, quòd sua quisque scripta, nimis indulgenter, quandoq; probare soleat, te vnum præ ceteris elegi Reuerend. D. qui huic meo labori iudex arbiterq; præesses honorarius. Neq; id iniuria, propterea quòd, non vna cum ipse virtute præditus sis, sed sapientia, qua omnes amplectuntur virtutes, quidquid à te probatum fuerit, omnibus esse probatum, facile sperare debeo. Huc accedit, quòd cum ambitiosus minime soleam esse, fit nescio quo modo, vt & hac vna, quæ mihi data est via, tuam gratiam nunc mihi colligere cupiam. Postremo, sic animum induxi, vt ea quę per se obscura sunt, & ignota, Turriano tantum nomine patefieri atq; illustrari posse, certum habeo. Si mihi igitur continget, vt eo a te, ueluti meæ in te obseruantiæ pignus, id retineatur animo, quo a me offertur & traditur, ad alia quæ animo iam sum complexus, perficienda, alacrior nimirum & promptior reddar. Vale, vtq; me in tuorum deuotorũ numerum ascribas, summis precibus a te comẽdo.

Venetijs vj. Idus Octobris.

TABVLA SVPRA ARIST. *ET AVERROIS COMMEN.*
IN PHILOSOPHIA NATVRALI ET MORALI: NECNON IN METAPHY. DEINDE IN LIBRIS DE HISTORIA ET DE GENERATIONE ANIMALIVM.

Per. Iulium Palamedem Medicum.

Accide-

Actio

Cum

Animam

Animal

Animalia

Anima-

Animalia

De

Anima-

Anti-

Artifex

Audibilia

Aues

Bestiæ

Bubo

Calefa-

causæ

3.de

Cinis

Ciui-

De

 castitas

Continuum

Contrarietates

Omne

in

Conne-

Cornua

Corpus

De

D

5.de

Diapha-

nisi

ratio

Do[illegible]

E

Ecli-

elephans

.b

Entia

Ens

Ens

Entium differentiæ sunt actus & potentia. tertio de anima tex.commen.38

Ipsum ens impossibile est ut sit intellectū aut sensatum per suam formam & suam materiam, ut uolebant antiqui.3. de anima com.38

Ens quod remanet io aoima de entibus, est ipsa forma natura, non antem materia.com.38

Nullum ens mouetur uolnntari e nisi desiderando aliquid, aut fugiendo ipsum.3. de anima com.44

Enııa naturalia quorum esse est naturale, habent ascensum & descensum.3.de anima com.45.2.de generatione tex. com.57.2.Mete.cap.1

Ens quod mouetur, mouetur secundum quod appetit.3.de anima tex.54

Ens quod mouetur, est animal.3.de anima tex.54

Ens quod mouetur secundum attractionem & expulsionē, mouetur secūdum aliquam gibbositatem. 3. de aia cō.55

Ens aliquod esse animal, sine uirtute sensitiua, est impossibile. 3.de anima com.60

Entia quæ monentur in loco sine uirtute sensibili, tunc eorum esse est diuersum ab esse generabilium & corruptibilium.3.dc anima com.60

Omne ens quod habet sensum est corpus compositum ant simplex.3.de anima tex.62

Ens quod est sensibile, est tangibile.3.tex.63

Entia quæ non diuiduntur ad minima, enrum cominutionē non contingit fieri.cap.3.de sensu

Entia omnia fieri ex aqua secundum aliqnos.capitulo quarro de sensu

Entia agunt & patiuntur in qnibus existit contrarietas. capit.4.de sensu

Omnia entia nntriuntur dulci simpliciter, uel coomixto.capit.4.de sensu

Entia maiora uincunt minora.cap.7.de sensu

Ens nullum fit ex elementis serundum uicinitatem, sed secundum complexionem.com.lib.de sensu

Entia quæ sunt priora in cognitione apud artificē, sunt posteriora in esse.com.lib.de sensu

Nullum ens fit saporosium nisi humectetur in actu.commē. lib.de sensu

Omne ens quod habet odorem, habet saporem. commen. libro de sensu

Entia futura non memorantur, sed sunt opioabilia. capit. 1.de memoria

Entia non sunt sine actione temporis.cap.5.de memoria

Entia sunt magis reminiscibilia quæ habēt aliquam ordinationem.cap.2.de memoria

Ens in rememoratiua est magis spirituale, quam id quod est in imaginatiua.com.de memoria

Ens quod est in potentia, est priuatio eius quod est in actu Auer.de somno

Entia quæ sunt famosa apud omnes aut necessaria secundū totum aut secundum partem.Auer.de insom.

Omne ens qund exiit de potentia in actum, habet agens. Auer.de insomniis

Ens quod non habet causam determinatam, non haber materiam intellectam.com.de insomniis.

Ens quod est magis spirituale læditur per læsionem illius quod est minus spirituale. commen.de memoria & non econuerso

Entia quæ essentialiter sunt terminata apud nos, aut secundum mores naturales, aut lecundum mores positos a lege, necessario sunt determinata apud naturam.commento de insomniis

Entia differuot secundum tota ad tota genera, aut eorum quæ sub una specie altera ad alteram.libro de longitudine & bre.uitæ

Entia corrumpuntur quæ existunt in contrariis. de nitæ long.& bre.

Ens cui non est contrarium, impossibile est corrumpi. de long.uitæ & bre.

Ens quod habet materiam, impossibile est non habere contrarium de long. & bre.uitæ

Ens quod corrumpitur, corrumpitur a continēte, de long. uitæ & bre.

Omnia entia sunt in motu.de lnng.& bre.uitæ

Ens naturale conseruat suum esse proprium, quando uirtutes actiuæ habent domioium supra passiuas.com.de lōgit.& bre.uitæ

Ens corrumpitur, quādo nirtutes passiuæ habent dominiū super actiuas.com.de long.& bre.uitæ

Entia corrumpnntur uniuersaliter, quandn proportio inter uirtutes actiuas & passiuas erit destructa. commen. de long.& bre.uitæ

Ens tanto magis est remotum a corruptione, quāto maior erit proportio naturalis inter uirtutes actiuas & passiuas com.de long.& bre.uitæ

Entia quibus dominatur mixtio ignis, atque super mixrionem terræ & aeris, sunt longioris uitæ existentia. cō. de long.& bre.uitæ

Entia quæ sunt longioris nitæ aliis. io commen.long.& bre uitate uitæ

Ens est longioris permanentiæ quod est aqueū, quā quod est terreum uel aerenm.de long.& bre.uitæ

Entia quæ magis mouentur & citius, ēt citius igniuntur.1 Meteo.cap.4

Entia quæ sunt per apparētiam, sunt determinata sicut sunt naturalia.com.4

Entium generationem corruptionē fieri ex cælestibus corporibus aliquando.2.Mete.com.1

Entia quæ sunt per diametrum plurimum distant. 2.Mete. cap.6.de uentis

Entinm oppositorum materiæ debent esse cōtrariæ seu oppositę.2.Mete.com.de uentis.8.Phy.com.46

Entia diuersa differunt per agens uel propter recipiens.2. Mete.com.de uentis

Omne ens naturale diligit se permanere.2. Meteo.com. in fine.2.de anima.34

Entia colorata non habentia radios, quomodo mouent uisum.3.Mete.com.5

Entia quæ de longe perspiciuntur propter quod apparent nigriora.3.Mete.cap.4

Entia quædam ingrossantur a frigore, qnædā a calore, quædā non coagulantur à frig.donec non ingrossentur a cal. ut uinum coctum.8.Mete.com.1.cap.

Entia.quædam quæ congelata sunt a calore, cur liqnefiunt a.frig.& econtrouerso.4.Mete.com.1.cap.

Entia quędam ingrossantur a calore & congelantur a frigore sicut sanguis & gummæ.com.1.cap.4.Mete.

Entia quarum quædam nō cōgelantur a calido, neq; a frig. com.1.cap.4.Mete.

Entia quando putrescunt propter calorem extraneū & arescunt & exsiccantur & fiunt terra.4.Meteororum.textū. commen.6

Entia minus putrescunt in frigoribus qnam in æstu.tex.7

Entia minus putrescunt in hyeme quam en æstate.com.8.

Ens quod fluit & mouetur minus putrescit, quam non motum.4.Mete.tex.11

Entia quæ fiunt, indigent qniete, quam din fuerint in locis eorum propriis.4.Mete.com.11

Ens multum, minus putrescit pauco.4.Mete.tex.12

Ens quanto magis est paratius pati ab aere & calefieri ab ipso, tanto magis est præparata eius putrefactio. 4.Meteo.com.12

Entia quæ elixantur & quæ assantur.4.Mete.tex.24

Entia assata sunt humidiora quam elixata.4.Meteo.tex.24

Entia quæ maturantur & digeruntur, sunt in quibus est humiditas passiua caloris innati in ipsis.com.25

Entia quæ hepsesim patiuntur.4.Meteo.tex.26

Entia quæ patiuntur. Mete.tex.26

Entia assata sunt in exteriori sicciora, in interiori humidiora, elixata uero econtra.4.Mete.tex.28

Entia propinquiora igni semper exsiccantur citius.4. Meteo.textu.28

Ens interius & exterius regulariter calefacere est diffirile 4.Mete.tex.28

Entia cōtinnantur per mixtionem humidi cū sicco. cō. 29

Entia omnia desiccantur, aut calefacta, aut frigefacta ambo

cal.

Ens

Ens

Ens

De

Esse

F

finis

Fœlicitas

Fœtus

Forma

Forma

Formam

Omnes

G.

O

genus

H

homo

omne

homo

Homo

Homo

humidi-

I

ignis

Immobi-

Indiuidua

Infinitum

Infinita

Intellecta

Intelle-

Intelligentiæ

Intentio

Iris

K

L

Labor

Leue

Linea

Locum

Maria

motor

d:

Motus

Motus

motum

Mouens

mouens

multitudo

Mutatur

 & fiat

Neceſſa-

 fine

O

Odorabile

P

pasſiones

De

6

Potentiæ

potentia

Præ-

Prępa-

quidam paruum & magnum.1.ph.tex.com.32
Principia ſi ſunt infinita ſunt nobis ignota quoniam infinitum eſt ignotum.1.ph.tex.com.35
Principium eſſe finitum melius eſt dicere quam infinitum immobile.1.ph.tex.com.41
Principia eſſe contraria omnes Phyloſophi fuerunt coacti ponere.1.ph.com.41.42.49
Principia neq; ex contrariis neq; ex alterutris neque ex aliis ſed omnia ex eis fieri.1.phy.com.42
Principia ſecundum quod ſunt principia non generantur ex aliis, ſecundum quod ſunt contraria non fiunt ex alterutris neq, ex inuicem.1.phy.tes.com.42
Principia oportet eſſe contraria.1.phyſicor. textu commen.50.52.79
Principia oportet ſemper manere.1. phyſicorum textu. commen.50
Principium eſſe unum eſt impoſſibile.1. phyſicor. textu. commen.50
Principia non eſſe infinita.1.ph.com.50
Principia ſunt illa contraria quæ non fiunt ex aliis neque tranſmutantur.1.phy.com.50
Principia non eſſe duo ſed plura.1.phy.tex.com.51
Principia ſi eſſent contraria tantum tunc generatum eſſet ſimplex & non compoſitum.1.ph.tex.com.51
Principia ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ.1. phyſicorum.textu. commen.52
Principia ſunt ſubſtantia.1.ph.com.52
Principium tertium eſt ſubiectum contrariorum quod nō oportet habere contrarietatem.1.ph.com.54
Principium tertium non eſſe aliquod elementorum.1.ph. commen.54
Principia plura tribus non eſſe.1. phyſicor. textu. comment.56.70
Principiorum unum ad patiendum eſt ſufficiens.1.ph.tex. commen.56
Principia oportet eſſe contraria.1. phyſicor. comment. 50.52.70
Principia differunt in eo quod prius & poſterius.1.phyſi. tex.com.56
Principia non differunt ſecundum genus ſed ſecundum prius & poſterius.1.ph.tex.com.56
Principia prima debent eſſe communia omnibus entibus. 1.phy.com.56
Principia contraria quæ ſunt in ſubſtantia licet ſint plura tamen non differunt a ſe inuicem niſi ſecūdum prius & poſterius.com.56
Principia & cauſæ eorum quæ ſunt natura non ſunt ſecundum accidens.1.ph.tex.com.65
Principia eſſe tria formam priuationem & ſubiectum ſeu materiam.1.ph.com.65.67.70
Principia poſſunt eſſe duo & poſſunt eſſe tria.1. phy.tex. commen.67
Principia per ſe ſunt duo materia.ſ.& forma, priuatio uero eſt tertium principium, ſed eſt per accidens non per ſe.1.phy.com.67
Principia contraria duo eſſe.1.ph.tex.com.68
Principia quædam ſunt per ſe quędam per accidens.1.ph. com.67.68
Principium unum eſt quod oportet ſubiici.1. phyſic.textu.68.70
Principia contraria quomodo ſunt ad inuicem & quomodo differunt.1.ph.com.70
Principia eſſe tria duo per ſe & unum per accidens quod eſt priuatio.1.ph.tex.com.83
Principium motus & quietis quod eſt in compoſitis eſt ſecundum formam, in ſimplicibus uero eſt ſecundum materiam.2.ph.com.1
Principia mouentia ſunt duplicia unum phyſicum alterum non phyſicum.2.phy.tex.com.73
Principium unum ſemper inducit ad unum finem niſi impediatur.2.phy.tex.com.84
Non principium quodlibet habet unum finem & econtra.2.ph.com.84
Principium in cognitione eſt finis in operatione.2. phyſi. com.89.& econtra.
Principium in cogitatione & principiū in operatione quomodo ſe habent in oppoſito.2.ph.com.89
Principia rerum eſſe numeros ſecundum Pythagoricos.3 ph.tex.com.25
Principia eſſe in generat.& in natura omnes concedunt. 3.ph.tex.com.30
Principia prima ſimplicia entium ſunt materia & forma.4 ph.com.16
Principiorum ultimorum ſcire quidditates eſt difficile.4. phy.com.16
Principium eſt aliud a fine.4.ph.com.121
Principium eſt aliud a fine ſecundum diffinitionem, & ſecundum quod eſt differentia communis eſt idem.4.ph. tex.com.121
Principium in tranſmutatione non eſt naturaliter principium quia non eſt alicuius permanentis in actu.6.phyſi. tex.com.46
Principium motus de omnibus mobilibus eſt ſicut anima in rebus uiuis.8.ph.com.1
Principia non habent cauſam ſed eſt neceſſarium.8.phyſi. commen.15
Principium eſt neceſſarium in eſſe.8.phy.com.15
Principium æternum mouet per uoluntatem potentialem 8.ph.tex.com.20
Principium in ſcientia naturali eſt motum eſſe.8.phyſico. commen.22
Principia æterna melius eſt ponere finita quam infinita.8. phy.tex.com.48
Principium primū in motis & motoribus eſt id quod mouet ſe.8.ph.tex.com.60
Principium naturale eſt in motu circulari neq; finis.8.ph. tex.com.76
Principium terminatum naturaliter eſt in motu recto & finis & medium, non autem in motu circulari.8.ph.tex, commen.76
Principia diuerſarum rerum genere ſunt diuerſa.1.de anima tex.com.5.1.de anima tex.com.5
Principia diuerſimode ab antiquis ſunt poſita.1.de anima tex.com.28
Principiorum naturam eſſe mouens per ſe eſt rectorum opinio.1 de anima com.29.2.ph.3.4.2.de gene.53
Principiorum unumquodq; exiſtit magis ignorantia quā intelligentia.1.cęli.tex.80
Principium quod eſt in plantis eſt anima.1.de anima textu.95
Principia utrum exiſtentia in animali ſint anima aut non. 2.de anima com.19
Principia & cauſa dicuntur multipliciter.12. Metaphyſi. 23.28.29
Principium eſt honorabilium materia.3. de anima. textu.19
Principia paſsiua ſunt humidum & ſiccum.4. Meteoror. textu.28
Principia generatorū ſunt ſiccitas & humiditas.4. Mete. textu.30
Principia & cauſę ſunt permaxime ſcibilia.1. Metaphyſi. capitulo.2
Principia rerum quę ſunt ſecundum plurimos philoſophātes.1.Meta.cap.3
Principia exiſtentium eſſe contraria ſecundum aliquos.1. Metaph.cap.3
Principia quæ ſint.1.Metaphyſico.cap.3
Principium omnium generabilium & corruptibilium eſſe unum quatuor elementorum conueniunt omnes antiqui.1.Met.com.1.2.3.4.5
Principia uerificatur quod ſunt principia quandoq; poſteriora ſignificant priora.1.Meta.cap.9
Principia prima non eſſe corpus quia eſſet compoſitum & ſic principium corrūperetur quia omne compoſitum corrumpitur.1.Met.com.11
Principia rerum ſecundum antiquos.1.Metaphyſico.1.2. 3.4.5
Principium ſecundum naturam non debet eſſe aliquid eorum

priuatio

Propo-

Pulmonis

Punctus

Q.

cuius

Quod

 ut

Quod

Quod

Quod

Omne

Quod

Quod

Quod

potentia & postea sunt in actu.7.Meta.com.56
Quod est magis uniuersale est dignius ut sit substantia secũdum aliquos.7.Meta.com.57
Quod est dignus ut dicatur substantia est id quod dicitur hoc non est ens.7.Meta.com.35
Quod quid est est propter quid ipsum est.7.Meta.com.59
Quod significat diffinitionem est substantia.7.Meta.cõ.59
Quod est simplex in rei ueritate non habet diffinitionem neq; quæritur per quam.7.Meta.com.59
Quod quid erat esse est substantia.8.Meta.tex.2
Quod quidditas rei est substantia. octauo Metaphysicor. commen.2
Quod habet transmutationem quæ est in substantia habet alias transmutationes.8.Meta.com.4
Quod habet materiam localem non est necesse habere materiam generabilem & corruptibilem.8. Metaphysicor. commen.4
Quod existit in substantiis est actus. octauo Metaphysicor. commen.6
Quædam diuersantur non per suam formam sed per accidẽtia propria.8.Meta.com.6
Quod est in actu in omni materia & est forma eius est aliud ab illo quod est in actu in aliqua materia.8. Metaphysic. commen.6
Quod significat nomen utrum significat compositam substantiam uel actum uel formam.8.Metaph.tex.7
Quod quid erat esse speciei & actu competit.8.Metaphysicor.textu.8
Quod est per essentiam non est per formam.8.Metaphysic. commen.8
Quod est amarum fit ex materia terrestri adusta. 8.Metaphysico.commen.11
Quod habet potentiã habet materiam & econtra.8.Metaphysico.commen.12
Quod uiuit per uitã est generabile & corruptibile.8.Metaphysico.com.12
Quod est cuius causa nõ est quod est species & ratio.8.Metaphysico.tex 13
Quædam sunt sine generatione & corruptione.8.Metaphy sicorum tex. 14
Quædam sunt existentia per generationem ueram & non existentia per corruptionem ueram & sunt generabilia & corruptibilia per accidens.8.Meta.com.14
Quæ generantur generantur ex contrariis quæ sunt in eodem genere & non in generibus diuersis.8.Metaphysic. commen.14
Quæ transmutantur adinuicem generatio non reuertitur in eis reciproce sine medio.8.Meta.com.14
Quæcunque non habent materiam intellectualem nec sensibilem statim sunt id quod sunt.8. Metaphysicorum tex. commen.ult.
Quæ non habent materiam non habent causam aliam a se.8 Metaphy.com.ult.
Quod fuit in potentia est in actu & non sunt diuersa neque duo.8.Meta.com.ult.
Quod patitur aut patitur ad peius aut ad corruptionem.9. Metap. commen.2
Quod est in potentia non est compositum.9. Metaphysico. commen.2
Quod est contrarium est priuatio. nono Metaphysicorum commen.2
Quod est in potentia significat aliquem modum priuationis.9.Meta.com.3
Quod caret aliquo caret illo quod non innatum est habere.9.Meta.com.3
Quod est in potentia quomodo fit quot modis dicitur. 9. Metaph.com.3
Quod non est non habet potentiam 9.Metaphysicor.textu commen.6
Quod impossibile est factũ omne impossibile est esse aut futurum esse.9.Meta.tex.6
Quod caret potentia non habet potentia. 9. Metaphysi. commen.6
Quod est in actu & quod erit in actum fuit prius in potẽtia 9.Meta.com.6
Quod non habet potentiam ad aliquid eorum non disponitur per illud ad quod non potest.nono Metaphysicorum commen.7
Quod est ad aliquid non habet potentiam ad illud.9.Meta. commen.7
Quod non mouentur non dicuntur esse actus ut intelligibilia & uoluntabilia.9.Meta.com.7
Quæ sunt composita ex complemento & potentia non dicitur esse actio quando mouentur.nono Metaphysicor. commen.7
Quod est in potentia non dicitur esse.nono Metaphysicor. commen.7
Quod est in actu significat quod est in dispositione in qua non est cum fuerit in potentia. nono Metaphysicorum. commen.11
Quod est in potentia significat quod est in dispositione opposita dispositioni in qua est in actu.9.Meta.com.11
Quæ dicuntur in potentia & actu secundum conuenientiã inueniontur in pluribus speciebus entium.9.Metaphysi. commen.11
Quod est in actu & quod est in potentia.nono Metaphysi. textu.10.11.12
Quod est in potẽtia simpliciter est illud quod est materia simpliciter.9.Meta com.12
Quæ sunt composita accidentibus ultimum eorum est substantia differens illa.9 Meta.com.12
Quæ sunt composita ex formis ultimum eorum est materia commen.12
Quod est principium potentiæ est illud quod innatum esse in actu ab aliquo quod est in actu.9.Meta.com.13
Quod generatur generatur a suo simili in potẽtia & ab agẽte sibi simile in specie.9.Meta.com.13
Quod generatur generatur ab agente sibi simile in specie. commen.13
Quod mouetur mouetur a motore in actu ante ipsũ.9. Metaphysico.commen.13
Quod est in potentia non fit in actu nisi per illud quod est in actu illius speciei.9.Meta.com.13
Quod fit,fit ex aliquo & ab aliquo.9.Meta.tex.14
Quod mouetur in aliquo loco impossibile ẽ ut moueatur illo motu nisi habeat aliquid eorum quæ habet motor.9. Metaph.com.14
Quæ sunt posteriora in generatione habent formã & quæ sunt priora non habent formam.9.Meta.com.15
Quod generatur fit per suam generationem ad complemẽtum.9.Meta.com.15
Quæ habent actũ,sed finis eorum est actio actiones eorum existunt in eis.9.Meta.com.16
Quod contingit posibile non esse & esse.9.Meta.tex.7
Quod contingit possibile non esse cõtingit nõ esse tex. 17
Quod est in actu est ante id quod est in potentia secundum diffinitionem & secundum quidditatem.9.Meta.com.17
Quæ habent potentiam ut agant possibile est ut non agant 9.Metaph.com.17
Quæ non corrumpuntur secundum substantiam non habẽt potentiam.9.Meta.com.17
Quæ transmutantur assimilantur eis quæ sunt incorruptibilia.9.Meta.tex.com.18
Quæ sunt sine ratione non agunt contraria primo & essentialiter.9.Meta.com.18
Quædam sunt composita semper & quædã sunt diuersa semper.9.Meta.com.21
Quædam mutant de uero in falsum & econuerso. 9. Metaphysico.commen.21
Quod quid est nõ contingit decipi nisi secundum accidens textu. 22
Quodcunq; mensuratur cognoscitur in longitudine latitudine & profunditate.10.Meta.tex.3
Quod non potest addi neq; minui est certum & terminatũ metrum.10.Meta.tex.3
Quod est principium esse est principium numeri.10.Meta physic.com.7
Quod est principium numeri est principium essedi.10.Metaphy.

Quæ funt

Reſpubli-

res fpecu-

Sanguis

Saporosa

ſcientiæ

Semen

Senectu-

sensibilis

Sensus

Sensu

Sperma

stella

Sub-

Omnis

T

Tempus

Tranſitus

Transmutatio

V

Vegetabi-

Virtutes

Virtus

uisus

vniuersale

Vniuersa-

Vnum

FINIS

Series Chartarum

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh.

Omnes sunt Quaterniones, Hh, uerò Ternio.

Venetijs, Apud Vincentium Valgrisium.


VIN
CENT